



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 213. De traditis bonis in Bodriki in pago Westfalon.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
854 usque
877 re-
gnante
Hludo-
uuico et

Tradidit frekin et heriman in *hadunueni* (D) quidquid ibi habuerunt
testes gheruard brun hrodald et alii IIII.

Wala Clarius §. 213.

Tradidit uualadericus in loco qui dicitur *bodriki* (E) quidquid habuit
nec non in aliis locis ut inter omnia sint familiae XII cum *territoriis adia-*
centibus testes *raynmannus comes* rainfrid garuuuard albert et alii quinque.

§. 214.

Tradidit helmric pro se et fratribus suis brunheri et athelheri quidquid
habuerunt in *rotho* quod uocatur *gherdeghehusi* quod est in *aringbo mar-*
cun (F) testes eylbertus meinuerc hroder uulfhardus et alii sex.

§. 215.

Luthardess ene Herescap seu dynastia, quam olim in feudo tenuere nobiles do-
mini de Homborch. Tandem vero, scilicet anno 1409, dedit princeps Cor-
beiensis Theodoricus consentiente capitulo Corbeiensi eandem dynastiam in feu-
dum serenissimis Brunswicensium ac Luneburgensium ducibus Bernardo eius-
que filio Ottoni. Sed vndenam, quæris, bona in villa *Luthardeshus* sita, in ma-
nus peruenere dominorum e stirpe Widekindea? Respondemus, apparere il-
lud ex eis, quæ ante diximus. Vidimus enim iam supra, Widekindum Ma-
gnum posse bona quedam in regione oppidi Bodenfelde ad Wiferam atque
verbis Einbeck. Probabilissimum ergo est, ad hæc Widekindea bona quoque
spectasse villam *Luthardeshus*. Conf. infra §. 361. not. (e).

De villa
Hadun-
ueni.

(D) Sequitur villam Luthardeshus in Registro nostro villa *Haddunueni in pago Hessi*.
Hæc *Huddingen* est videtur intra præfectoram Wildungen posita in principatu
Waldeccensi. Intelligitur autem, sine dubio vlo subesse pagum *Hessi Franco-*
nicum, cuius situm ad fluminum Adranam, hodie dictum die Eder, iam supra §.
33. not. (v) indicauimus. An *Frekin* et *Heriman* ad familiam Widekindeam
spectarint, id quidem in medio relinquimus. Siquis nepotes Widekindi M.
et filii Herimanni eos fuisse, senserit, nos non habebit repugnantes.

De villa
Bodriki.

(E) *Bodriki* villa erat, Registro nostro teste, in pago Westfalon, de quo iam supra eg-
imus §. 178. Indicatur vicus *Büderich* in archiepiscopatus Coloniensis ducatu
Westfalie situs intra præfectoram Werl. Sæpiissime mentionem faciunt nostra
diplomata eiusdem villa. Nominantur bona Corbeiensi, ad villam Bodriki
& intra eam sita, *der Mönichhof*, olim a præfectis administrata, hinc etiam dicta
officium, *ein Ambecht*, quod anno 1313. tempore Engelberti comitis de Marka
ad ditionem comitatus Markani videtur relatum, postea vero in feudum datum
ab ecclesia Corbeiensi modo dominis de Boderke, modo dominis de Houele,
modo dominis de Schelen, modo dominis de Schaphusen, et modo dominis de
Widenbruecke. An *Reynmannus comes*, qui inter testes appetet, seculo IX co-
mitatum suum haberit in pago Westfalon, et an *Waladericus* inter progenito-
res comitum Marcanorum referendus sit, id in medio quidem relinquimus; in-
termittere autem non possumus, quin dicamus, fabulosa esse, quæ historici de
origine comitum Marcanorum circumferunt, affirmantes, eos ex Italia ab Ur-
finis profluxisse, quasi nobilitati Germanicæ dedecori esset origo Teutonica, cum
tamen teste Antonio Campano, Italo, nulla sit familia in Galliis, ne regia quidem
excepta, nulla in Hispania aut in Italia paulo illustrior, quæ si antiquitatem repeatat,
suam non statim e Germania esse prædictet, et veluti e seminario quodam vera nobil-
itatis venisse glorietur. Sic nobilitatem querimus, quam habemus, et quam
habemus, possidere nolumus: sed ita querimus, vt eam asscuti, ex nobilissimis
videamur ignobilissimi, sinceram Germanie originem prætereunte.

De mar-
cu et pa-
go Arin-
gho.

(F) Cardo rei hic vertitur in *Aringbo marcu*. Abesse ergo parum potest, quin ostendamus, quænam in regione marcus ille obuius fuerit. Marcum significare ter-
minum,